ſus Venetos primũ,ꝗ ſũt ſeges,& materia tãtoꝝ maloꝝ,
deinde aduerſus ipſos imaniſſimos Chriſtiãi noĩs hoſtes
Turcas.nã iſta vr̃a odia ac bella inter vos ĩteſtina,iſtas ve
natiões,cõuiuia,ſtructuras,delicias vr̃as,liberos vxores
hãc vitã veſtrã vna parua aura,vna parua febricula oĩa cõ
mutabit,oĩa corrũpet,& paulo poſt nihil erũt. at ꝟo q̃ ꝓ
redemptore & creatore deo nr̃o facietis,ea vobis ꝑpetua
manebũt,& dũ viuetis,& dũ ad fœliciorẽ vitã demigra-
bitis,ſemꝑ vos cõmitabunt,floreſcentq; cotidie,magis,

magiſq; æterna fiẽt,nã in alijs cauſis,& ea q̃ habetis par-
uo momẽto dilabent,& q̃ ꝑdetis nũq; recuꝑabitis. at ꝟo
in hac ſanctiſſima expeditiõe,& q̃ habetis nunq; amitte
tis, & quę perdetis in cœleſtibus theſauris oĩ tꝑe cõdita
reperietis.Ergo ꝑfringite iſtud obſtaculum,adequate ac
obſtruite hãc peſtilentiſſimã mephitim ac ſentinam,hãc
voraginẽ,& pcipitiũ oim vicioꝝ.vẽdicate & vos,& Chri
ſtianũ orbẽ in libertatẽ,ſoluite vos a tãto metu.Eradicate
genus,poteſtis eſſe tuti,ſi relinquitis eos qbus Venetię,
Hiſtria,Liburnia,Dalmatia,Corcyra Cephalenia Zacyn
thus,Staculũ Creta,ac Cyprus adhuc ſupſint: patefacite
iſtas execrabiles ac diras portas Venetianas,quæ tãdiu
Chriſtianos aduerſus infideles ꝓgredi elaborãtes conti
nuerũt,poſtea deo auctore aꝑto marte maioribus auſpitijs
Turcas aggreſſuri.Et ea pietate, qua ſanctiſſimũ do. no.
Iuliũ.pont.max.qua Chriſtianiſſimũ noſtrũ Frãcoꝝ regẽ
& catholicũ regẽ Aragonũ pricipes ſapiẽtiſſimos, exactę
ætatis,& cõſumatiſſimę vitę,tres colũnas Chriſtianã reli
gionẽ ſuis humeris ſuſtentãtes eſſe videtis,eodẽ & vos o
Maximiliane Auguſte,o ꝓceres & ciuitates Imperij Ro
mani,ꝗ prima ſuſtinẽdę libertatis,ac religionis columna
eſſe debetis,& aio & pietate eſſe debetis. nã niſi illi vidiſ
ſent excidiũ,ac ruinas a Venetis,& a Turcis Chriſtianis
iminere,certiſſimãq; victoriã ſperarẽt,nũq; ꝓfecto tamq;
iuſta,ac pia,tã ſancta aduerſus eos arma ſumpſiſſent.dixi
o Romane Imꝑator.O glioſiſſime ac exuberãtiſſime deus
redẽptor dixi,& ſi qd ꝓfęci, gaudio dixiſſe,quod ſi etiã
nihil ꝓfęci,tamẽ gaudeo me tuę humanitati,ac diuinita-
ti morẽ geſſiſſe,tibiq;,ſi huic tuę expeditioni ſanctiſſimę
hãc vitã meã cõducere arbitrabor,eã deuoueo,ac qbuſ-
cũq; cruciatibus exhibeo,qa tu ꝓ meis,ac alioꝝ peccatis
tuã miris tormẽtoꝝ exemplis excarnificãdã tradidiſti.

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Eiuſdē Lodouici Heliani venatio leonū Pontifex
Max. Cæſar Auguſtus, Rex Francorum,
Rex Aragonum Venatores.

Enatum canimus regum,& fera bella leonum,
Maxima, quæ inſani funera martis opus.
Alma faue armorum,& nemorū Tritonia præſes,
Et qui bella colunt,& iuga ſumma dei.
Dicite vos muſę dulces, quis crederet vnq̄
Aequora fuluicomas incoluiſſe feras?
Aut terram Auſoniam alligeros aluiſſe leones,
Quę q̄ Cyclopas Sicilis ora tulit
Non hic Aethola dicetur cuſpide fixus,
Ceruа, nec Herculeo robore captus aper,
Dicā monſtra hominum,& quis cōmutauerit illa
Et ſcelera,& pugnas, accipite incipio,
Quod mare, quod tellus.iam iam captiua iaceret,
Non fuit hæc Ditis, nec fuit ira Iouis.
Omnis erat piceis Aquilonibus obruta claſſis,
Reſtabat toto nulla carina mari.
Tunc primum timuere homines ſulcare profundum,
Nec qui ſi ventis credere vellet erat.
Nullus honorabat tumidi pia numina ponti,
Votaq̄ ſoluebat,nemoq̄ thura dabat
Tum grauiter frendens vitrearum rector aquarum,
Humanum voluit mergere ſæpe genus
Deucalioneas iam ter concuſſerat vndas
Perdere,ſed voluit nos grauiore malo.
Eſt locus Adriaci Venetas dixere paludes.
Nunc mare,nunc terra eſt tot rotat vnda vices.
Illyrici,Albenſes,& iuncto Dalmata Sclauo,
Quiq̄ colunt pontum, Cicladas,& Cilices,
Cercaſſi,Aethiopes, Mamalucchi,Iannizariq̄;
Omnia purgauit littora Prodigijs.
Hicq̄ venenatas liquerunt phaſidos vndas,
Illi Hiliacos deſeruere ſinus.
Non abſunt Lydi, Strophades,non Syrus Orontes,
Nec gens plena odijs punica,fraude, dolis,
Pyrratę,profugi,damnati,ſacrilegiq̄.
Mendici,mimi, turba nefanda maris.
Deniq̄ criminibus cunctis patefecit Aſyllum.
Hæc ſtagna,hos æſtus,has petiere caſas.
Colluuiem,& fęces hominum collegit in vnum,
Et quot erant homines tot dedit eſſe feras.
Et digitos teretes rigidos curuauit in vngues,
Vt poſſent rapere,& rapta tenere diu.
Gutturis ingenti baratrum patefęcit hiatu,
Ingluuiem poſſet quod ſaciare nihil.
Neue propinquaret, neu quis ſupereſſet amicus
Spirantem grauiter iuſſit olere animam.
Non ſatis alipedes humeris quoq̄ nexuit alas,
Vt pelagus,montes,vt ſuper aſtra volent.
Iratos fęcit vultus,toruoſq̄ leones.
Horribiles viſu,terribileſq̄ ſono.
His furijs,his tormentis iam mille per annos,
Nos deus,& noſtros excruciauit auos.
Fallitur hoc,qui me maledicere carmine credit
Reddo laceſſitus damnaq̄,reddo vices.
Lęſerunt alios me dirripuere,ſed vltor
Carmine bella gero, rex meus enſe gerit,
Iura dabant ignem ex facie,rabiemq̄ vomentes,
Hic infamis eras Barthole ſancte alijs.
Quicquid erat pulchri ſubiecta per oppida, adusq̄
Verrebant auida vilia ſaxa manu,

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Quod reliquum fuerat catuli, fœtęq; leęnę
Verebant, famulęq;, & niger ore Charon.
Damnabant ciues aliqua ſub criminis vmbra,
Sed proceres ſolo hoc nomine crimen erant.
Torrebant oleo miſeros, ferroue calenti.
Iſte manum, hic oculos, perdidit ille caput.
Stridebant populi, & taciti ſua damna gemebant,
Vt ſtrident Stygię ſub Rhadamanto animę.
Appellas, Ieſus rigidum, ſanctumq; ſenatum,
Herodes, Cayphas, Anna, Pilatus erant.
Turpis, & in Venerem gens proiectiſſima, pluſq;
Aut Sybaris, Capua, aut Pythagorea croto.
Deformes iuuenes, & cana ſenecta vacabant
Sardanapalineis ſolicitudinibus
Quid referam illicitos cætus, & quæ ipſa trahebat
In noctem longum ſtella diurna merum?
Cæſareaſq; dapes miſerorum ſanguine partas,
Ad rem damnoſos, & fera bella canes,
Cætera prætereo. nam cum Veſtalibus ipſis
Fas erat in ſacro concubuiſſe thoro,
Italiam, Italiam, Italiam, pleno ore ſalutant
Conſeruatores, ſcilicet Italiæ
Immo euerſores, ergaſtula dura, Nerones
Eſtis, & immanis barbara barbaries
Eſt doctus, fortiſq; nihil, ſi proditor, illi
Præmia magna cito proditionis erant,
Vos linguam horretis Latiam, moreſq; latinos,
Veſtra ſonant totam guttura Dalmatiam.
Aequebant tumidi ſe, & præ ſua geſta ferebant
Oh ſcelus, inuictis Martia Roma tuis.
Noctua ſic aquilam, timidum ſic Damma Leonem
Prouocat, & paruus ſic elephanta culex,

Bellorum cauſas, armorum ſemina docti
Spargere, & artifici nigra venena manu.
Vt ſolet horribilis gaudens ſpectare ruinas,
Quas prius allecto texuit arte ſua,
Sic iſti armabant reges, multoq; cruore
Noſtra triumphabant ſi tepuiſſet humus,
Non maris, aut terrę ſat erat turbare quietem
Tentarunt interponere bella deos.
Ante triumphantis Genuenſia feſta Georgi
Semileo celebrant te pie Marce diem.
Petrus, & Ambroſius clari duo lumina cœli
A Venetis grauiter lęſus vterq; fuit
Huic ſunt conati trifidum extorquere flagellum,
Et Mediolanum dirripere ante oculos.
Illius aggreſſi laceram expugnare carinam.
Paſtorem turbarent, paſcere gramen oues.
Ter quater omnipotens Venetos iubet ante citari,
Te quater actores non voluere pati,
Dicentes Veneti, ſi ſcandent culmina cœli
Cœlicolum inficient, angelicoſq; choros,
Ambibunt ſuperos, & erunt etiam altera rurſus
Dira cathenati prælia Luciferi.
Præterea lata eſt dudum ſententia, adeſtq;
Patronus, Marcus dicere iuſſit ait.
Dum Veneti cõtra Mahumetidas arma gerebant,
Dumq; mali minus, his ipſe patronus eram,
At poſtq; placuere illis furialia bella,
Furta, latrocinia, toxica, adulteria,
Quod nunq;, tantumq; nephas fecere Gigantes,
Iſta Gigantęa noxa luenda nece eſt.
Erubui ſemper tales habuiſſe clientes,
Deſero eos ſemper, quod meruere habeant.

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Talibus æternam pacem, rigidumqꝫ tribunal
Quęrebant placidos ſollicitare deos
Non bellum contra Turcas dominantibus iſtis.
Spes inter noſtros nulla quietis erat.
Omnia turbabant auro comitante veneno,
Hæc duo cęleſti prępoſuere deo.
Et velut effugiens hoſti loligo ſequenti
Nubem atramenti proijcit ante oculos,
Sic iſti ſi forte aliquid fecere timendum
Ambiguas tenebras regibus inijciunt
Non ſatis a Cypro fuerat quicquid iacet, vſqꝫ
Qua Phaetontęas Abdua rumpit aquas.
Et non contenti totum ſpoliaſſe profundum,
Duraqꝫ captiuo ſubdere vincla mari,
Sacra fames auri, & dominandi cæca libido
Per ſcelus immodicas creſcere ſuaſit opes.
Per ſcelus omne duces raſerunt regna, Tetrarchas
Ingreſſi ſummi viſcera pontificis.
Gaudebant niueas vexilla inferre per alpes
Ante oculos ibant Hiſter, Arar, Rhodanus.
De Roma, & tota Italia iam actum eſſe putabant,
Orbis anhellabant Imperium occidui
Non pudor ullus erat, nec erat reuerentia diuum
Prodere mentiri, polluere, opprimere.
Et ſe immortales iactabant. deinde timeri,
Non aliterqꝫ coli, quam voluere dei.
Sicut aues alias bubo, & cornicula fallax
Ludit regales improba vulturios
Ridebant ipſos nullo diſcrimine reges,
Ipſum cum magno Cæſare Pontificem.
Vngare magne potens, & te inuictiſſime Cæſar
Iactabant ſoldis vos meruiſſe ſuis.

Namqꝫ minabanť (ſunt teſtes) præſulis almi
Pulſatas mitra cedere velle nates.
Et te clericulum, & paruum ad pia ſacra miniſtrū
Facturos o lux maxima ſancte pater.
Rupturoſqꝫ tua inuicta rex France corona
Perfractum (oh facinus) terqꝫ, quaterqꝫ caput.
O fęces hominum, porcorum ſemina, non vos
Talia de tanto dicere rege pudet?
Hoc caput eſt, quod chriſticolū pius orbis adorat.
Quod Babylon, qđ tu maxime Turca tremis
Non tulit arctoi moderator maximus orbis
Cæſar, qui triplici cingit honore caput.
Nec valet vlterius tantas tolerare quęrelas
Hortatur proceres, & ſua regna ſuos.
Hortatur ſocios ſceleratam excindere gentem,
Pontificem imprimis maxima Roma tuum.
Continuo reges Gallus, Romanus, Hiberus
Cæſare cum magno federa ſancta ligant.
Retia rara parant, & acuto ſpicula ferro.
Fertur Marmarica lancea torta manu.
Muroꝝ in ſtragem, atqꝫ hoīm, quę inuenit erynnis
Sicut ab irato fulmina miſſa Ioue.
Non deſunt laquei, pedica, ancipiteſue ſecures,
Non eques armato conſpiciendus equo.
Primus ab Herculeis deſcendens Alpibus heros
Gallicus, hic centum traxit in arma Duces,
Quingentos duxit proceres, & mille phalanges,
Innumerabilium milia plura canum.
Rex Lodouicus equo & fulgentibus acer in armis
Suſcitat in rabidas arma cruenta feras.
Nec minus expediunt alia ſe in parte leones,
Prudentęs aliquis crederet eſſe viros,

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Vnguibus effodiunt terras,& caſtra coronant,
Et tecti ferro pectora fida gerunt.
Signa ſequi,parere duci,ſeruare tubarum
Claſſica,conſpiceres ordine ſtare ſuo.
Erumpunt portis rabido feruore duabus,
Partiti in turmas ſic abiere ſuas.
Exaciunt iras,caudaq; & dentibus vncis,
In ferumq; graui murmure proſiliunt.
Vos quibus Aonidũ eſt,ſtudiũq; & ſpiritus ingẽs
Dicite quot ſtrages ediderint Veneti,
Me leges,& cura fori,ingratiq; labores
Impediunt elego carmine tanta loqui.
Id referam,dubio hęrebat victoria Marte,
Ni regis pręſens dextera tuliſſet opem.
Ille aciem totam in Venetos direxit,& illos
Diſgregat,& penetrans agmina denſa ſecat.
Virtutis memores illi, memoreſq; ſalutis
Pulchrius eſſe putant in fera bella mori.
Ergo inter cędes gaudent,& tela, viroſq;
Obitia perfringunt,dilacerant,laniant.
Intrepidiq; vbi denſa vident venabula currunt.
Dant alternantes,accipiuntq; neces
Pugnauere diu,ſed ne morerentur inulti
Fortia ſtatuerunt corpora multa hominum
Tum vero audires ictus,fremituſq; cadentum,
Rheticus hinc,valles hinc tremuere Padi,
Donec celta cohors,Italumq; exercitus omnis
Vndantem hoſtili ſtrage cruentat humum.
Corpora magna boum veluti proſtracta videres,
Totaq; inſolito prata cruore natant.
Aut capti, aut cęſi innumeri periere leones,
Se dedit infami cætera turba fugę.

O Carmignolæ,& clari Coleonis in armis
Gaudete o manes,impiger vltor adeſt.
O Rhaguſęi,& Ligures ſuper æquora cęſi
In bellis Venetis veſter hic vltor adeſt.
O cruce ſignati, qui ſancta videre ſepulchra
Vultis,at in Solymas iam patefacta via eſt
Hic finis Veneti Imperij, cecidere tyranni
Innumeri, nunc eſt libera terra, mare.
De te magne leo regum rex maximus albis
Quattuor in lauri fronde triumphat equis.
Nec vero te ſancte pater, te maxime Iuli
Altera belli huius gloria prætercam.
Tu pepuliſti armis Venetos ex vrbe Rauenna,
Atq; Fauentina, Flaminiaq; tua.
Tu rem Romanum magnis legionibus auges,
Clauigeri attollis dirruta templa Petri.
Quondã fracta mouet ſub te tua Roma lacertos
Et veterum meminit fortia facta ducum.
Et ſtupet inſolitos non in Iouis ire triumphos.
Ad Vaticani, ſed pia templa dei.
Nec vero iam te Cæſar memorande ſilebo.
Qui Rhenũ in Venetos, Dannubiũq; trahis.
Cuius in Euganeos,Patauina ad męnia Campos
Alpinis fluuitant omnibus arma iugis.
Nec Tarteſiacis ducens regnator ab oris
Vſq; a Cantabrico carbaſa mille ſinu.
Nec veteres hoſtes Ligures, nec Gallica vela.
Omnia turritis puppibus alta fremunt.
Sed vos o proceres,qui iam viciſſe putatis
(Ingentes vrit parua fauilla domos.)
Ite triumphales infenſa ad menia reges
Vincere laus prima eſt, altera ſcire frui.

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Si Venetum vultis beſlum neſcire ſecundum
Infeſtum ex ima vellite ſtirpe genus
Diſtulit,& poterat Capitolia vertere Pꝑnus.
Et graias Hector, ſi voluiſſet opes.
Viuere priuatus neſcit,qui publica rexit.
Sępe rebellabant, ſępeqꝫ tela ferent.
Præualidę vires,immenſa pecunia in vrbe eſt.
Regna ſubornabunt ambitione,dolis.
Conſtantinę vrbis veterũ monimenta Quiritum
Hic ſunt,& Cypri(fęnora)regis opes
Diripuere omnes,nemo illos,hic latet aurum,
Occiduę hic latitant,hic orientis opes.
Per pontes in equis Venetam ſi intratis in vrbem
Nullę iam Baię,nullaqꝫ Abydos erunt
Plus maris hic quãto eſt, quã Seſtus diſtet Abido
Veſtra quidem tanto gloria maior erit.
Non tamen o Veneti deerunt ſolatia vobis,
Ne deſperetis gaudia veſtra manent.
Sunt caſſes,hami,naſſeqꝫ,tridenſqꝫ, paluſtres
Sunt,& quas arcu deijciatis aues.
Non deſunt Gobi,Rumbi,Muli,Cocleęqꝫ,
Cumqꝫ ſaginatis oſtrea Mugilibus.
Sunt fora,ſunt merces,& auita pecunia terris
Abdita,ſunt totidem carbaſa,mille rates.
Dedite principibus,veniamqꝫ oretis ab ipſis.
Prætorem mittent, qui fora veſtra reget.
Vrbanis vacui curis ex æquore toto
Vndiqꝫ contractas puppe vehetis opes.
Fortunã quicunqꝫ nequit tolerare ſecundam
Aduerſam nolit, ſeu velit ille feret.
Vos ergo ad proprias artes redeatis auorum,
Armaqꝫ,& imperium linquite principibus.
FINIS.

Ad Reuerendiſſimos & illuſtriſſimos ſacri
Romani Imperij Electores,Reliquoſqꝫ
inclytos in cõcilio Auguſtẽſi Ger-
manoꝝ Principes,Carmen
exhortatorium.

m Agnanimi proceres quoꝝ ſapiẽtia noſtro
Non eget,& claris virtus exercita factis
Conſilio,tamẽ hęc ꝓpenſo a corde clientis
Quæ veniunt humilis, quæ dictat opinio recti
Qualiacunqꝫ boni mea dicta, fidelia ſaltem
Conſulite,atqꝫ imis admittite ſenſibus oro.
Inclyta pręterito Germania tempore in vnum
Sępe ſuper rerum variarum mole coiuit,
Nullius aſt adeo fuit expectata voluntas
Huius vt eſt quod nunc celebratur,& exitus almi
Concilij,quo nixa ſalus non vnius vrbis,
Non populi,at fidei pendet ſpes maxima noſtrę
Suſpenſę quid veſtra ferat ſententia, nunquid
Publica res Chriſti reuireſcere debet iſto
Tempore, vel nuncqꝫ,facile eſt emergere, quam ſi
Stirpe reciduntur quæ obſtacula parua reſiſtunt,
Et vos vnanimes ſi ſponte capeſſere tandem
Imperium,& curam cõmiſſe impendere moli
Vultis,& antiquo maiorum more tueri
Ad quod erant exempla ſatis vos priſca mouere
Sed promiſſa fides,& toti debita mundo
Poſtulat,imperij(Germanus origine)poſtqꝫ
Carolus a ſacro meruit diadema leone,
Redditus & ſceptris ab Othone,Gregorius ex ꝙ
Principibus ſummus mandauit lege ſacerdos
Et genti quæ prompta fuit defendere honorem

Sedis apoſtolicę totienſq; per arma tueri
Germanæ arbitrium ventura in ſecla creandi
Induperatores, ab eadem in federe tanto
Accepta iurante fide, fore ſemper vt illos
Viribus auxilio, atq; armis, opibuſq; iuuaret,
In decus Auguſti ſed culminis inq; ſalutem
Humani generis, ſanctę & ſuper omnia matris
Eccleſię, vtq; onere haud paruo conſtaret adeptus
Tantus honor, merito, neq; enim ſublimior vllus
Poſſet in orbe dari, tibi ſic Germania iure
Ceſſit Roma ſuo, ſic & tibi munere Tibris
Rhene, datũ nunquid retinere negabis honorem?
Et regem fulcire tuum? cui quantus habetur
Cultus, adeſt laus tanta tibi, quantumq; verentur
Illum, te metuunt omnes, quantumq; fauebis
Auguſtis, & tantus eris, proh nominis olim
Cæſarei ſublime decus, reuerentia, & ingens
Maieſtas, diffuſa polum per vtrumq;, timebat
Qd' Scytha, qd' Garamas, exhorruit vltima Thyle
Decolor audito quo nomine palluit Indus
Tale ne bellipotens ſub te Germania nomen
Obduci patiere ſitu? tot regna tot vrbes
Totq; duces complexa tuis in finibus, ergo
Par orbi quod Roma tulit, cœloq; locauit
Te modo nunc tali, tantaq; tuente iacebit?
Reddidit & Tiberis quod formidabile mundo
Innumero adiutus vileſcere flumine tantus
Rhene feres? proceres ne ferẽt cognomina Mogos
Dat quibus, atq; tuis vicina Colonia ripis
Treuir & antiquus, vel origine clarus Othonum
Saxo, Palatinus titulis & habere ſuperbit
Te qui iure ſuis, Albimq; locata Viſurgum

Atq; inter regio nunc Marchia nomine cuiq;
Paret in acceſſis vallata Boemia ſiluis,
Quos penes eſt totidem Romanũ condere regẽ,
Innumeriq; alij, quis nõ modo teutona tellus
Principibus patrijve lares, priuataq; regna
Sed latum mundi imperium, Sed nititur omnis
Publica res Chriſti, pro quis vel obiſſe tuendis
Sit veſtrũ propriumq; decus, quibus arma, viroſq;
Nunc, & equos, tormenta (data eſt occaſio) & oẽs
Promite iam longo non notas tempore vires,
Fundite iam longo cumulatos tempore cenſus,
Et veſtrum fulcite caput, reuerentia veſtri
Sit capitis primum vobis, quos deinde ſequentur
Exemplo populi, atq; vrbes, imitataq; regna
Quod leges, natura, boni moreſq; requirunt,
Quid foret auxilium capiti ſi membra negarent
Dilapſus fuit vnde vigor per membra? ꝙ eſtis
(Sit venia dictum cum veſtra) in culmine tanto
Quod tot opes, merito, lata ditione tenetis
Plurima Romulidũ num ſunt ea munera regum?
Induperatorem qualem voluiſtis habetis
Sed qualem nec habere piget, voluiſſe pigebit
Et nunq;, officio dum ſic ſe oſtendit in omni
Vt magis optari nec quicq; a principe ſummo
Debeat, aut poſſit, cuius vetor impare muſa
Ire per ingentes laudes, & origine tanta
Siue illuſtre genus, ſeu fortia facta parentum
Dicere, & herois cultum virtutibus orbem
At generi cõmune ſuo, priuata coruſcat
Gloria ſe proh quãta, bonis dum vultus vtrinq; eſt
Corporis, atq; animi, neq; parca indulſerit illi
Se fortuna, magis modo larga futura velitis,

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Cui non diuini eſt humanã auguſtior oris
Maieſtas,totoq; decens in corpore forma,
Membrorumq; vigor,validum patienſq; laborum
Corpus,& oblatum pro vobis ſępe periclis
Pro decore imperij,cui non miranda videtur
Dos animi quæ ſola ſua eſt,prudentia ſolers
Ingeniumq; capax,euentibus æqua ſecundis
Mens,& in aduerſis eadem,quibus ille probatus
Non minus vt fuluũ eſt fornacis ab igne metallũ,
Additur his rerum mira experientia,& ingens
Pacis,& armorum, rigidiq; peritia belli.
Quid memorem ſit quanta viro clementia, qualis
Intemerata fides,ſeruandi & fędera cura
Quã grauis,& poſita cunctis grauitate benignus,
Largus,& in meritos deſpecti prodigus auri
Iuſtus,amans æqui,vitæ ſine labe pudicę,
Cui tanta in ſuperos pietas,tantuſq; deorum
Cultus,vt exemplo valeat cuicumq; ſeuero
Eſſe ſacerdoti,pro tantis dotibus vnde
Nomen ab ingenita propriũ bonitate meretur
Quod tenus hac vni Traiano contigit inter
Romulidum tot habere duces,at defuit illi
Relligio,tamen illa ſuos efferre ſuperbis
Eſt alijs meritos titulis gauiſa vetuſtas
Dum magnos fauſtoſq; vocat,patrięq; parentes
Abq; triumphata ponit cognomina terra
Sed prębet meruiſſe modum, nam tempore priſco
Aut conſulta patrum,venerandi & iuſſa ſenatus
Imperium vel caſtra dabant,mileſq; legebat
Dilectos quoſcũq; ſibi,quibus inde fauebat
Reſq; miniſtrabat bellorum publica neruos
Propterea magnis adſciſcere nomina factis

Et potuere ſuas ad ſidera tollere gentes
Non minus hic patrię pater eſt,modo cura, parẽti
Sit patrię,natiſq;,ſuo parere,ſed idem
Et fœlix,& magnus erit ſi vultis,& idem
Mox Venetus,poſt Turcus erit,geminoq; triũphũ
Ducet ab hoſte, pari referens par, quãdo tropheis
Intulit & veſtrum Romana potentia nomen,
Cuius atrox parti ſucceſſit Turcus,& ipſa
Vrbs Venetum alterius vult emula vana videri,
Irridetq; procax ad te Germania tantum
Tranſlatum imperium,cui iugera quattuor agri
Vix ſubiecta refert,cui ſe parere recuſat
Vnica Cæſareis terrarum obnoxia nunq;
Legibus,occiduo quæ nec conceſſit Eoo
In partem imperio,nec matris dotibus almę
Eccleſię,quæ ſtare ſua ſe mole,ſuaſq;
Iactat Io terra poſuiſſe in virgine ſedes
Quis ferat hęc?Sed ſunt grauiora,qs obſtitit olim
Semper &, huic veſtro imperio magis vrbe ſupba
Adriaca ex illo iam tum quæ inuiſa Pipino
Et deuicta fuit, q̃uis neget,& tamen illam
Induperatrici magnus conceſſit ireni
Carolus Italia diuiſa,aut pone ſecuto
Nicephoro,huic primus toto cõmertia regno
Interdixit Otho iuſta ſuccenſus ab ira,
Nec minus Henrico a quarto diuerſa notata eſt
Atq; alijs,odio ſed enim patefęcit habenas
Auſa palam ſeſe Federico opponere primo
Falſaq; captiui mentiri vincula Othonis
Atq; ita mentitos æterna in ſecla triumphos
Pingere tam celebri ſpectandos parte ſuperbę
Vrbis,ab imbelli Germanica roſtra leone

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Merſa mari, fuſaſq; rates, fluitantia ſigna
Et fractas aquilas, plena æquora, tranſtraq; veſtri
Sanguinis & Veneto prębentes terga ſueuos
Captiuumq; ducem, tumidę o iactantia gentis
Tale nec erexit ſuperato Gręcia Xerſe
Nec toties victa Carthagine Roma tropheum
An niſi in inuidiam Germani culminis, ingens
Dedecus in veſtrum, quis talia pinxerit? ite
Ite viri, antiquę ſi vos virtutis imago
Vlla mouet, ſi tangit honos, ſi gloria parti
Imperij, non iſta graui vel clade vel armis
Gentis at extremis inimicę aboletę ruinis,
Cui neq; ſat vobis ſe infenſam oſtendere inani
Ambitione fuit, petulanti & ledere lingua
Sępeq; ceu victos mendacibus addere faſtis
Sed progreſſa ſuis paulatim aſtuta lacunis
Conſilio, arte, dolis, & proditione, vel auro
Dempſit ab Imperio loca tot potiora ſub ipſis
Alpibus Italię, atq; adeundi regibus illam
Intercluſit iter, ſeclumq; reuoluitur ex quo
Ex Italię iugum patiuntur. & oppida clamant
Preſſa, veni Cæſar, tua iam tibi vendicet enſis
Siccine colluuies hominum, piperiſq; redemptor
Sordidus, omnigenę ſic nauita mercis, auarus
Inſtitor, enormiq; marinus gutture mergus
Nobilium regnator erit? dominabitur ergo
Degener? atq; omni ſolitus ſeruire lucello,
Non bene conueniunt vilis mercator & idem
Nobilis, & princeps, proh lumina cæca potentũ
Nonne vident animum quo dirigat illa malignũ
Callida gens, toti quę aſpirat & imminet orbi,
Concipit atq; auido Romanam pectore molem,

Vnde eſt principibus cunctis inimica, tyrannos
Quos vocat, inq; ſuis ſecura paludibus omnes
Deſpicit, haud ſibi iam mortales, ſed neq; cœlum
Poſſe nocere putans, congeſto fidere in auro
Sueta, manente eodem ſemperq; tenore ſuoꝝ,
Incrementa quibus diſcordia regna fuerunt
Alternoq; duces exhauſti Marte Latini,
Reddidit & niſi quos iactura aliena potentes
Semper in interitu regum eſt ſpes maxima quoꝝ,
Poſſe aliquid tuto dum carpere tempora captant.
Inteſtina ſerunt odia & mala pręlia reges
Inter alunt ideo, neq; enim bella vlla tot annis
Videre Auſonij, Venetis non vnde lucrari
Contigerit, ſolitis nec aperto vincere marte
Raraq; collatis audere pericula ſignis.
Fulſit ab his quondam fidei tutela ſed almę
Relligionis erant & propugnacula noſtrę
Forſitan antiquo fuit hoc quo cœperat illos
Tempore nondũ alijs dominandi effrena libido
Cum ſtagnis contenta ſuis operoſa iuuentus
Duceret aſſiduas longinqua per æquora merces,
Vtilis & ſolum ſulcaret Nerea claſſis,
Fœlix ſi monitis Ioachini intenta prophetę
Nunq; vicinæ tetigiſſet littora terræ
Et tamen illorum nimia atq; ſuperba ſimultas
Cum ligure, ammiſſi fuit improba cauſa ſepulcri
Sępius & magnos interrupere potentum
Conatus, ſancta pro relligione, negantes
Auxilium ingenti niſi conditione redemptum,
Dumq; opulenta, ſuo, male tutaq; littora, ductu
Radere, maioris malunt dulcedine lucri,
Intenduntq; magis ſpolijs, & rebus emendis

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Direptis,precio peregrino a milite paruo
Quã Chriſti auxilijs,in quẽ manifeſta voluntas
Tunc patuit,ſedes a deo quando inclyta ab illis
Bizantina capi eſt permiſſa,volentibus vrbis
Prębita ope imperium,ſed eorꝝ tanta negaret
Velle ſubire iugum,cernebant æquora velis
(Proh dolor)Adriacis miſeri plena omnia ciues
Tendebantq; manus ad proxima carbaſa,at illi
Stabant immotis ferro retinente carinis
Cumq; obſeſſa ferus laceraret mœnia Turcus
Impia ſpectabat non fanda per ocia claſſis,
Ex illo ſolita eſt plus tempore parta tueri
Proq; ſuis valido contendere finibus hoſti
Quam pugnare fide pro Chriſti,at fędera inire
Nil & amicitias verita eſt cum gente nephãda
Cõmunem in regeſq; inimicum impellere noſtros
Finibus vt Calabris nouit memorabilis Idruns,
Tollere ſueta mari commertia,& omnibus vndis
Præſertim Adriacis vectigal ponere quarum
Se quoq; naturæ tranſuerſa lege maritum
Fert Venetus,ſpõſamq; ſibi mare vana quotannis
Annulo & vrbs illud per vincla iugalia nectit
Quale nec vlla ferunt mendacia graia,nec vlla
Fabula prodigium,tua ſit Neptune tridente
Pro ſexu certare tuo,pro fœmina haberis
Saltem apud Adriacos,prætextu hoc attamẽ illa
Vſurpat gens ſancta ſinum,nec parcit amatę
Sedis apoſtolicę ditioni,at plurima ademit
Iam loca pontifici pia filia forte,regendi
Ne ſenior tantas oneri ſuccumberet vrbes,
Eccleſiæ & toties turbauit amica quietem
Hactenus ob ſua ter benefacta anathemate vincta

At nunc ſupplicibus pacem illa miſerrima votis
Orat,& addictam fore ſe promittit honori
Poſt hac Cæſareo,facturam & cuncta libenter
Quæ Cæſar procereſq; velint,modo copia fandi
Detur,& audiri valeat,dimittitur vlla
Vrbs neq; iampridem Germanica libera quã non
Ambiat,& vobis proceres ingentia de ſe
Spondet,adulatur,ſuadet blanditur,& offert.
Edocet a ſocijſq; cauendo pericula veſtris
Regibus,& commenta refert miranda pelaſgis
Artibus,inter vos nunq; ſi poſſet oriri
Seditio,quæ ſola via eſt ſibi lecta ſalutis,
Interea bello ſe accingit,& vndiq; contra
Arma parat(referam neue inueterata ſub iſtis
Blanditijs,verbiſq; bonis,ſpecieq; futurę
Pacis,vt Euganeam prius interceperit vrbem
Et ſit adempta pari Vicentia fraude,tot arcto
Carcere ductores clauſi,veſtriq; fideles
Tot crucis infanda Patauini morte necati)
Veronę inſidias iamiam molitur,& inſtat
Continuo,& miſeros populatur claſſibus hiſtros,
Et ferro,flammiſq; forum conſumit Iuli,
Atq; ita nunc etiam ſimulatrix callida vobis
Verba dabit vulpis? nunq; vitare licebit
Syrenum cantus? expertaq; pocula Circes?
Illa ne fallaci toties euadere lingua
Conſilijs ne ſuis,& tunc quoq; abire valebit
Inſuperata dolis? quod ſi datur,accipe tanq;
Noſtra ſibillino venientia carmine ab ore
Illa tibi oppreſſa Italia Germania tandem
Iura dabit,victo & dominabitur adria Rheno,
Quid foret Adriaco ſi nurſia forte leoni

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Nuper in ancipiti cum Gallo Marte potenti
Fauiſſet? tenus hac illi num Inſubria diues
Ceſiſſet? latioq; vrbes retineret in omni
Tot prius oppreſſas, aliaſq; recenter adeptas
At tecum, non ille foro contentus Iuli
Carnorumq; iugis & pauperis arce liburni
Caſtra tridentinis poſuiſſet mœnibus vltro
Pictus & alpina quacunq; in ſede maneret,
Vt tibi noluerit ſors nunc Auguſta timeri
Ob ſtudium ſimile, & cõmertia mutua rerum,
Clauſtra tamen cunctis muniſſet in alpibus, vnde
Ipſi aditus, vobis ad ſe via nulla pateret.
Et quid plura feram, quæ non tenſtatis vt illum
In rectum traheretis iter? quæ non fuit ingens
Conditio genti per vos oblata ſuperbę?
Subdola q̃ longo ſuſpenſos tempore verbis
Ambiguis tenuit vos, & q̃ ſępe paratos
Eſt fruſtrata, dolis quibus hactenus illa moratur
Veſtrum iter ad tanti capienda inſignia regni?
En modo ſeſe offert dum veſtro in fœdera regi
In Latiumq; ſagax inuitat, & allicit omni
Iogenio, num mox deludit? & additur hoſti
Perfida? & iniuſtis venientem ſubmouet armis,
Et vetat Italia Romanum inſiſtere regem?
Quin magis, o facinꝰ (ꝑhibet dolor edere) acerbũ
Effera teutonico ſe ſanguine proluit alto
Exſaturatq; ſitim, iuga per Cadubrina, cruore
Cæſorum, & tantus remanebit ſanguis inultus?
Adde tot incenſas arces, direptaq; veſtrę
Oppida ab immani ditionis milite, tanta
Seuitia, atq; odio, Turca nec ab hoſte ferendo
Quid referam (narrare pudet) Germanica quanto

De riſu fuerit populo gens inclyta vili
Quæ voces, quis plauſus erat, quæ ſibila vulgi
Si foret aſpectus quia tunc Alamanus ab illo
Cum fuit inſana ſuſceptus ab vrbe, triumphi
More velut victis rediens cornarius hiſtris
Cum duce pigmeo, quot ſecum inuerſa trahebant
Dedecus in veſtrum Germanica ſigna, quot altis
Turribus auulſas aquilas, quibus ille tropheũ eſt
Erigere in proprijs temerarius ædibus auſus
Edita quæ fuerint & quæ ſpectacula in illis,
Qui ludi, & choreę, quæ cęna infanda, quot illic
Iactata (heu dicam) caput in iocularia veſtrum
An ſatis hoc? ꝙ ſueta foret ſi Marte virili
Vincere, & inſigni veniſſet gloria facto
Victrici fuerat forſan tollerabile parti,
Non improuiſo cum milite pugna fuiſſet
Tradita eunte fide pauloante, nec impare tantũ
Cum numero, vix mille, decem cum cæſa fuerunt
Millibus, & nullo direpta, & capta tuente
Tot loca, laus ingens, Facinus memorabile, cuius
Iam piget auctores, olim & meminiſſe dolebit,
Nũc quoq; qui (o ſuperi) tot fracti cladibus audãt
Pingere mandentes victricia ſigna leones
Et laceras aquilas, & amici lilia Galli,
Canticaq; impreſſis mordacia pandere cartis.
Nature vitium, & Veneti genuina procacis
Eſt inimicitia hæc tecum Germania, cui tu
Et regum eſt deſpectus honos, ſic euomat omne
Virus, & effundat per inania verba malignum
In te animum, tu vince manu, tu contude factis
Ceruicis durę populum, tu pelle tyrannos
Nobilium qui nomen habent, prauumq; ſenatum

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Vtq; triumphatum pelago mentitur Othonem
Tu quoq; vince mari, neq; eni ſine puppibus illũ
Eſt ſuperare datum, paruo molimine claſſis
Corruet, & trepida naſcetur in vrbe tumultus,
Quæ decora inde tibi, quales orientur honores
Gloria quanta tuum nomen, laudeſq; manebunt,
Teutona ſe quantis attollet terra triumphis,
Res quoq; q̃ poterit lętari publica Chriſti,
Cui domitis aditus ad maxima facta patebunt
Adriacis, toto poſtq; diſcordia regno
Chriſticolum, duce te fuerit ſublata fouebant
Quam Veneti, interea ne ſanctę vincula pacis
Nexa trium regum cœleſti vincula dextra
Arte aliqua, iniecta vel ſuſpitione, vel aſtu
Diſſoluantq; dolis neu fœdera tanta caueto,
Nam, niſi tale nephas, vapido nil pectore verſant,
Nec ſe aliter norunt euadere poſſe periclum,
Vel ſi alius cupiat, quicunq; ſit ille, triſulco
Fulmine Tartareas adigatur iniquus ad vmbras,
Qui fidei inter ſe cõmittere culmina noſtrę
Cogitet, & pluſq; ciuilia bella mouere
Nec ſat Chriſtigenã mutilatã extinguere gentẽ,
Quã decet in populos poſthęc animare nephãdos
Turcarum, quæ ſtante ſatis ſit fœdere, Mauros
Vincere & imbellem Sulthanũ auertere Memphi,
Almaq; ferre crucis totum vexilla per orbem,
Et quando illa fuit, quo tempore, talis ab annis
Pluribus: armipotens adeo, atq; opulenta paratis
Claſſibus, & tanto molimine tormentorum
Et ſibi tam vnanimis, diuino & numine concors
Diuidere hãc aliqua ex erebo fera quęret erinnis?
Summe deus propria pereuntis morte redemptor
Humani generis, uenerabile fœda ſepulchrum
Cuius barbaries, horrendi & numinis antrum
Poſſidet, vt ſaltem tua gens a faucibus illud
Eripiat nunc apta canum, prohibe optime dirum
Hoc ſcelus, arma tuos inter populoſq;, duceſq;,
Inteſtina veta, & concordia fœdera ſerua,
Nulla Acheronteo perfundere felle Megera,
Nulla venenata diſſoluere vipera lingua,
Nec valeant temerare doli, violare nec artes,
Nec mala conſilijs noceant figmenta malignis,
Sint tres vnanimes, eademq; in corpore terno
Mens, animus, ſpes, vita, ſalus, ſors, cura, volũtas.

τελωσ.

M. S.